



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CIV. Friedrich, Bischof von Brandenburg, überweist dem Kloster Lehnin den Dritttheil des Pfarrers am Zehnten aus Zias und Riepelitz und vereignet der Pfarre zu Zias dafür zwei Dotalhufen, im Jahre ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

CIV. Friedrich, Bischof von Brandenburg, überweist dem Kloster Lehnin den Drittheil des Pfarrers am Zehn aus Zias und Nipelitz und vereignet der Pfarre zu Zias dafür zwei Dotalhufen, im Jahre 1313.

Fredericus, dei gracia brandeburgensis Ecclesie Episcopus, omnibus presentem litteram inspecturis Salutem in domino. Cum deo auctore vocati simus in partem sollicitudinis summo pontifice retinente plenitudinem pietatis, unde nobis de Ecclesiis nostre dyocesis disponere ac res ecclesiasticas dispensare permittunt canonice sanctiones; hinc est, quod nos in remedium anime nostre et vt honesti militis domini bernardi, dicti de Nigrip, votiul postulationibus in hoc preberemus assensum cum venerabilis domni Johannis, prepositi brandeburgensis Ecclesie, consensu et collaudatione totius capituli, habito super hoc ut iustum est tractatu conuenienti, donamus et liberaliter conferimus Ecclesie Lenynensi Tricesimam ville Cyas et Tricesimam alterius ville dicte Nipeliz, que eidem ville Cyas attinet incorporata, donamus, inquam, dictas tricesimas eidem Ecclesie iure perpetuo possidendas. Ne igitur ex subtractione dicte tricesime Eadem Ecclesia Cyas suis prouentibus diminuta non valeat personam inibi ministrantem competenter sustentare, jura Episcopalia persoluere ac hospitalitatem exhibere, dicte parrochie minutam decimam cum oblationibus et aliis quibuslibet obuentionibus uolumus permanere, Adicientes nichilominus et assignantes eidem Ecclesie duos mansos sitos in Campis eiusdem parrochie Cyas ad hoc ipsum a domno Johanne abbate Lenynensis Ecclesie cum consensu sui capitali comparatos, quos cum aliis duobus prioribus mansis dotalibus eidem ville cyas attinentibus a solutione census liberos et ab alio quolibet onere exemptos dotales esse uolumus et sepe dicte ville Cyas nostra auctoritate incorporamus iure perpetuo possidendos. Vt hec ergo nostra donatio firma permaneat presentem litteram sigillorum, nostri videlicet, domni prepositi brandeburgensis et eiusdem ecclesie capituli munimine fecimus roborari. Datum Syefer anno Domini M^o. CCC^o. XIII^o.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

CV. Zeugniß des Vicecapellans in Loburg über die vom Kloster Lehnin bei Loburg verkauften Breiten, vom Jahre 1313.

De agris prope Loborch, vulgariter Breiden, a diuersis emptis, testimonium literale vicecapellani in Loborch Anno 1313.

Altes Bez. Lehniner Urkunden. — Gerden VII, 340.

CVI. Markgraf Johann verkauft das Dorf Buzow dem Kloster Lehnin, im Jahre 1315.

Villa Buzowe cum omnibus suis pertinentiis, Johannes Marchio vendidit ecclesie Lenynensi pro CCXX marcis argenti Brand. et ponderis. Anno 1315.

Altes Bez. Lehniner Urkunden. — Gerden VII, 336.